



DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIDICA  
DE  
**TERTIO IMMISCENTE**  
**SE EMPTIONI VENDITIONI**  
**COEPTAE**

SIVE  
NUM PROPTER MERCEM  
COEMTIONALEM DETVR ACTIO  
ADVERSVS EMACEM CONTRA  
LICITANTEM IN PRIVATO  
CONTRACTV?

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO


**DOMINO FRIDERICO II**  
HASSORVM LANDGRAVIO REGN. RELIQVA  
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE  
DOCTORIS

HONORES RITE ADIPISCENDI  
SPLENDIDISSIMO SENATVI VNIVERSIT.  
LITTERATAE MARBVRGENSIS

OFFERT  
AD DVBIA MOVENDA  
**IACOBVS FRIDERICVS VIETOR**  
MARBVRGENSIS.

DIE MENSIS A. R. S. c<sup>o</sup>l<sup>o</sup>ccclxvii.  
MARBVRGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA.







---

COELIVS CVRIO, Basileensis, thesauri linguae Latinae siue  
fori Romani T. II p. 44, Arg. 1604 fol. e Cicerone refert:

ex emto aut vendito fieri aliquid interdum  
contra fidem.

---

§ I

SELECTA DE EMTIONIS VENDITIONIS SIGNIFI-  
CATV.



**E**MO, coemo, mercor, paro, comparo,  
cauponor, nundinor, pecuniam in aliqua  
re colloco, sunt synonyma emtionis, de  
quibus egit MARIVS NIZOLIVS a). Ac  
VENDO idem significat, quod alieno, ab  
alieno mancipo, de venali habeo, vendi-  
torem facio, sum vendens, emax b). Si  
A audias

a) thesauri Ciceroniani col.  
458, fol., 1588.

b) Idem col. 1302.



audias **SEXTVM POMPEIVM FESTVM**, veteribus quoque erat accipere vel fumere. Iureconsultis notat rem quamdam definito pretio comparare. Aediles curules de permutatione quoque emtionem vsurpant c). Interdum emtoris loco est, qui emit, e. g. maritus d). Emtor bonorum dicebatur, qui bona, a creditoribus distrahenda emebat e). Emtor hereditatis venit in institutionibus iuris, f). Habemus hereditatis emtorem vel vniuersitatis, qui locum heredis occupat g). Pro emtore possidere inter causas possessionis numeratur h). Vscapimus pro emtore i). Alia obseruat IO. MATTHIAS GESNER linguae Latinae thesauro k). De vxorum emtione fileo l).

§ II

EMTIO IURIS NATVRAE.

Doctrinam iuris naturae de emtione infra tango; quatenus institutum meum collustrat m). Quae ad iurispruden-

- c) l. 19 § 5 D. de aedil. edicto.  
 d) l. 9 § vlt. D. qui pot. in pign.  
 e) pr. instit. de success., quae fieb. per bon. vendit.  
 f) princ. de testam.  
 g) l. 2 § 8 de heredi. velt. act. vend.  
 h) l. 3 § 21 D. de adq. vel am. poss.  
 i) l. 6 § 11 D. pro emtore, ROBERTI STEPHANI thesaur. linguae latinae T. II p. 203 sq. fol., BARNAB. BRISSON. de verb. signific. curante Heineccio p. 383, 1743, fol.  
 k) T. II col. 355, fol. 1749.  
 l) NIC. HIERON. GVNDLING de emtione vxorum cap. I § 25, 1742, 4.  
 m) Comp. NIC. HIER. GVNDLINGI ius naturae cap. 23 § 57 p. 289. 1728, 8, AVG. FRIDER. MVILLER P. III der einleit. in die philos. wissensch. p. 419, 1733, 8 mai.



❁ ❁ ❁

3

prudenciam principum priuatam spectant, ea pertractauit  
10. FRIDER. GVIL. DE NEVMANN n).

§ III  
EMTIONIS VENDITIONIS ORIGO.

Numo signato haud vsae fuerunt gentes antiquae. Phidon Argiuorum rex numum argenteum percussit anno vniuersi systemais 3819, ante Christum natum 895 annos in Aegina insula. Idem fecit Alyattes, Lydorum rex in dynastia Mermnadarum, anno creati vniuersi 4109, ante natiuitatem Iesu 605 o). Vtebantur enim gentes pecunia viua, ouibus praecipue bouibusque consistentem. Persilem deinceps habebant pecuniam. Abrahamus Iudaici populi conditor locum sepulturae non pecunia numerata, non moneta publica, sed argento, libra adpresso, emittit p). Consistebat moneta illa ex argenteis potissimum laminis. Errat interea THOM. GOODWINVS in Mose et Aharone, quum Iisraelitis, in deserto versantibus, emtionem tribuit, qui tantum manna et coturnicibus vescerentur q).

A 2

§ IIII

n) institut. iuris principum priuati § 390 p. 418 sqq. 1747, 4t mai. Minus bene cohaerere ius ciuile; dum venditor accipit dominium; venditor tamen periculum habet, auctor est MICH. HAINR. GRIEBNER iurispud. priuatae illustris p. 398 sq. 1745, 8.

o) 10. GEORG. WACHTER

archaeologiae numariae cap. IIII p. 33, 1740, 4t. mai.

p) Genes. XXIII commate 16, WACHTER p. 20 l. d., 10. CLERICVS commentar. in Genesin p. 179, Tub. 1733 fol.

q) 10. GOTTLOB CARPZOVII apparatus antiquitat. S. coelicis p. 667, 1747, 4 mai.



## § IIII

## SABINIANORVM ET PROCVLIANORVM DISSENSVS.

Sabinus ac Cassius existimabant: hominem, aut fundum aut togam alterius rei verum esse pretium. Verum negabant quaestionem Proculiani s).

## § V

SELECTA IVRIS CIVILIS IVSTIN. ARGVMENTA.  
DEFINITIONVM EMTIONIS ACERVI.

Contractus nullus concipitur absque consensu. Contractuumque cunctorum notio est conuentio. Quidam tamen proprie consensu fieri dicuntur, nimirum societas, mandatum, emtio et locatio. Ergo nuda voluntas consentientium in his sufficit. Ratio constat in natura negotii. Permutatio quidem, et commodatum atque depositum nec iuris Romani sollemnitatem, verborumque, desiderant. Propria olim erat conuentio, quam inibant sollemnibus verbis. Hinc ementes, maioris securitatis gratia addebant: ad stipulationem! Caue, credas, hanc mutauisse emtionem in stricti iuris contractum! NIC. HIER. GYNDLING de vsu pract. action. b. f. et stricti iuris, cap. I § 57 p. 45. At emtio hac proprie non egebat, nisi quod quidam veteri Romani iure inhaerentes, ad stipulationem prouocarent. Compara GVILIELM. MARANVM t). Reliqua persequuntur et GERARDVS NOODT u) et IO. ORTWINVS WESTENBERG x). Ille contractus, inquit,

s) l. i D. de contrah. emt.,  
GOTTF. MASCOV de factis  
Sabinianorum et Proculiano-  
rum p. 179 sq., 1728, 8.  
t) operum p. 179 sq. 1741, fol.

u) T. II operum p. 304  
sqq., 1732 fol.

x) principior. iuris secun-  
dum ord. digestor. p. 471 sqq.  
1732, 8 mai.



quit, est iuris gentium bonae fidei, consensu initus, quo id agitur, vt merx cum precio PERMUTETVR. Hic idem fentit, dummodo, loco permutationis, addit tradere. CORNELIVS VAN ECK definit illam, per contr. iuris gent. consens., quam venditor obligatur ad rem TRADENDAM; emtor ad pretium dandum y).

§ VI

OBLIGATIO EMTORIS AC VENDITORIS.

Vix ac ne vix quidem probari potest definitio, qua dicunt: „est conuentio nuda, qua id agitur, vt rei tradendae dominium in accipientem transeat, dato certo „ pretio. „ Conuentiones nudae non sunt contractus. Et vicissim contractus non sunt nudae conuentiones. Stant tamen in placiti sine. Conuentio de re, pro pretio quodam habenda; nuda haut est conuentio; sed transit in proprium emtionis contractum. Emtio quidem nuda contrahentium voluntate contrahitur, nudo siue solo consensu. Nec opus tradi rem, ad hoc vt contrahatur emtio. Sic differunt permutatio atque emtio. In illa rei traditio est necessaria. In hac non opus est traditione. Dum ego emo, nolo vt dominium rei tradendae in me transeat. Sufficit rem mihi tradi. At, qui tradit, non semper transfert dominium z). Factum traditionis, eiusque effectus, vehementer differunt. Illud praestat venditor, non vero hunc a).

A 3

§ VII

y) princip. iuris digest. p. § 1 de acquir. rer. domin. 429, 1713, 8. a) EMVND. MERILLIVS lib. III cap. 28 p. 105 sq. z) VLPIANVS l. 20



§ VII

HAEC PERSEQVIMVR PLVRA DICENDO.

Emtionem consensu solo fieri, dixi. Verum inde non sequitur, vt sit conuentio nuda. Etenim aliud est, emtionem nuda conuentione perfici b). Aliud est, emtionem esse nudam conuentionem; id quod falsum censetur. Sed conuentio, de re et pretio, non amplius habetur conuentio nuda; quoniam transit in proprium et nominatum contractum, qui emtio vocatur. Sufficit solus de re ac pretio consensus. Hinc necesse non est, vt numeretur pretium c), aut arrha detur. Fac, emtorem venditoremque de re ac pretio conuenire; habes emtionem PERFECTAM d). At nondum est perfecta, si placuerit fieri in scriptis.

§ VIII

VNA E L DECISIONIBVS IMP. IVSTINIANI  
HVC FACIT.

In diuersa plane agebantur cum Sabiniani, tum Proculiani: num aut venditor dicens: pretium dicat Pactu-  
meius? An vero emtor in arbitrium C. Tranquilli Suetonii ponat? Adfirmarunt Sabiniani, recte se habere hunc contractum e). Negauerunt contra Proculiani venditionem iniri, nisi tertius statim pretium effaretur. Imp. Iustinianus decidendo hanc controuersiam, se a partibus Proculianorum stare professus est f).

§ VIII

b) PAVLVS l. 1 § 2 D. de rerum perm.

d) PAVLVS l. 9 pr. D. de peric. et comm. rei vend.

c) VLPPIANVS l. 2 § 1 D. de contrah. emt. vend.

e) VLPPIANVS l. 7 pr. D. de contrah. emt.

f) l. f. 15 C. de contrah. emt.



§ VIII

TOTVM NEGOTIVM EMTIONIS VERE CONCIPIMVS.

Emtio est modus acquirendae OBLIGATIONIS, non vero acquirendi DOMINII. Venditor haud obligatur rem venditam PROPRIAM facere emtoris; sed tantum, vt emtori liceat eam HABERE; ita tamen vt dolus malus absit g). Inde venit, vt res aliena vendi queat. Hinc videmus, duobus separatim vendi diuersis contractibus rem eandem h). Contractus enim non est modus acquirendi dominii, sed obligationis. Frustra ageret emtor aduersus venditorem, se esse rei dominum. Actus itaque primus est emtionis siue acquirendae obligationis. Hunc insequitur actus secundus: traditio. Nam hac facta venditor non amplius est dominus. Namque a se ipso transferens dominium, dominus non amplius adparet i). Dicis: attamen prius emit vindicius! Sed hic numquam factus est dominus. Etenim res fuerat illi numquam tradita. Itaque, infis, iura permittunt actus frustraneos! Sed audias; dico non agi ad rem tradendam; quia sua culpa emtor hanc rogare praetermisit. Quid ergo?

g) AFRICANVS l. 30 § 1 de act. emti.  
 h) ULPIANI l. 29 de contrah. emti.  
 i) GOTTLIE STVRM tri-  
 ga controuers. p. 17, Viteb.  
 1730, 4, de emtore non do-  
 mino ante traditionem rei ven-  
 ditae. ULPIANVS l. 13 § 3 in  
 f. de rei vindic., AFRICANVS

l. 6 D. de diuers. temporalibus  
 praes., ULPIANVS l. 9 § 4 D.  
 Public. in rem act. Compar-  
 GERARD. NOODT lib. II pro-  
 babil. iuris ciuil. cap. XII, p.  
 46 sq. 1732 fol. T. I oper.,  
 KVDOV. CONR. SCHROE-  
 DER § 4 de stip. emtioni dictis  
 p. 4, 4.



go? Emtori nihil amplius superest ob incuriam suam, quam ut agat aduersus venditorem, quo indipiscatur id, quod interest sua, se rem non accepisse, quam emerat. In diuersa abit LVIDER MENCKEN k) de venditore ad rei venditae necessariam traditionem obligato l).

### § X

#### CONTINVTVR DEFINITIONES.

VLRICVS HVBER est conuentio, ait, qua id agitur, vt rei dominium certo pretio transferatur m). IOAN. VOËT idem cum NOODTIO sentit n). Subtilis GEORG. FRANZKIVS contractus est, inquit, consensu initus, de re, pro datione certi pretii tradenda emtori, o). IO. ALTHVSIVS est contractus, ait, solo consensu initus de re emtori tradenda, pro certo pretio numario venditori dando p). IVSTVS MEIER q), HAINRICVS BOCKER, atque HERM. VVLTEIVS itemque IVL. PACIVS eandem dederunt definitionem, quod nimirum sit contractus, consensu initus, de re, pro definito pretio habenda. Eaque vera. At IO. STRAVCH, inquit, est contractus consensualis de re tradenda emtori, et pretio in pecunia numerata, venditori dando r). IACOB. CVIACIVS est nuda, inquit, con-

k) PAULLVS l. 21 § 2 D. de act. emti, HERM. VVLTEIVS in instit. commentario p. 513 num. 75 sq. lib. III tit. 24, 1613, 4.

l) § 26 sqq., p. 609--615, dissertation. 1705, 4.

m) praelect. ad institut. p. 294, 1707, 4 mai.

n) T. I commentarii ad p. 763, 1731, fol.

o) p. 463 commentar. in p. 1644, 4.

p) p. 254 dicitaeologicae num. 15, 1649, 4 mai.

q) collegii iurid. Argentor. vol. I p. 921 § 3. 1657, 4 mai.

r) dissertat. Iustin. p. 245 sq., 1666, 4.

❖ ❖ ❖

conuentio, qua id agitur, vt rei tradendae dominium in accipientem transeat, dato pretio certo s). HVGONI DONELLO est mutuae praestationis contractus, quo id agitur, vt, pro pecunia danti, res tradatur. Eadem docet ARNOLD. VINNIUS t). Magis ad rem facit FRANCISCVS HOTOMANN u), aliquamdiu Marburgi versatus. Hic autem est, inquit, b. f. contractus, inter quos, iure ciuili licet, nudo consensu factus, de re certa, certo pretio, in perpetuum, domini iure obtinenda x). Laudanda est definitio FRANCIS. CONNANI: est voluntas vtriusque contrahentis, vt alter emat, i. e. adquirat et accipiat, alter pretium soluat y). Nec reiicienda definitio IO. FRIDER. BOECKELMANNI dicitur contractus iuris gentium, qui solo consensu inicitur, de re emtori tradenda et pretium venditori dando z). Agmen claudant et IACOB. GOTHOFREDVS, qui inquit, est contractus, quo res propria (sive familiaris) a domino (proprietario) in alterum, definito pretio transferitur a), et EMVNDVS MERILLIVS b) idem sentit. Vterque collaudandus. At quorsum me iuris ciuilis eiusque auctores clarissimi rapiunt?

B

§ XI

s) paratitor. ad dig. p. 49; 1588, 8.

t) lib. XIII commentar. de iure ciu. p. 626, num. 40, 1612, fol.

u) partition. iuris lib. II p. 40, 1647, 4, T. I.

x) commentar. in IIII instit. lib. p. 378, 1567 fol.

y) p. 702 num. 2 lib. 7 commentar. iuris ciuil., 1557 fol.

z) commentar. in dig. pag. 586 § 2, 1694, 4.

a) in codice Theodos. T. I p. 277, 1736 fol. Sequitur SENECAM de beneficiis lib. V cap. 10, operum 1628 fol. ibique indicem iuridicum p. 35, quod reprehendere video EVER. OTTON. ad instit. p. 450 § 5, 1729, 4.

b) lib. III obseru. cap. 28, 105 operum, Neapoli 1720, 4.



## § XI

SVAVIS IVRIS NATVRALIS CVM IVRE CIVILI  
CONCORDIA.

Est emtio venditio pactum de merce quadam erga definitum pretium acquirenda, quo fiat nostra. Acu rem tetigerunt VVLTEIVS, HOTOMANNVS, CONNANVS, GOTHOFREDVS ac MERILLIVS. Ignorat ius naturae pactorum contractuumque discrimina. Traditionem haut requirit emtio ad sui perfectionem. Implere emtionem et exsequi hoc pactum, patet cunctis c), esse aliud.

## § XII

## QVID IGITVR ROMANIS EMTIO VETERIBVS.

Idem sentiunt Quirites. Sequor philosophum IONICOL. FVNCC. Erat emtio, inquit, venditio, bonae fidei contractus, nudo consensu factus inter eos, quibus illud iure ciuili licebat, de re aliqua, definito pretio dominium in perpetuum acquirenda d). Addidi bonae fidei contractum esse, quum temporibus antiquissimis contractus omnes fuerint stricti iuris e). Stipulatio accessit tamen emtioni f) aliisque contractibus, e g. mutuo, locato, cet. Emtio natura sua sollemnitates non desiderauit. Amor tamen erga symbola effecit, vt vel in

c) NIC. HIERON. GVNDLING in iure naturae cap. 23 § 57 p. 289, 1728, 8.

d) ad leges XII tabular. p. 262, 1744, 4.

e) Illustrissim. penes Magnae

Brittan. regem status administrer BVRGH. CHEISTI. BEHR DE STELCHTE in disert. pro gradu defendens actionem de dolo p. 20 cap. II § 6.

f) l. 3 § 1 D. de act. emti;

in iure cessionem vel mancipationem adhiberent, et licitationi digitum g).

### § XIII

EMTIONIS DIVISIONES. VERA VEL FICTITIA.  
EXEMPLA.

Aut habemus veram, aut fictitiam intuemur. Quum actus quidam sumit a lege vim emtionis, venditio oritur fictitia, vtpote I litis aestimatio, II dotis aestimatio, III datio in solutum, IIII in visione l. 69 D. pro socio, V inspectio Papiniani, in l. 77 § 16 D. de legatis et fideicomm. II, huc pertinet h).

### § XIIIII

EMTIONES PVBLICAE VEL PRIVATAE. PVBLICARVM EXEMPLA.

Publica venditio fiebat, quum debitoris alicuius licitantis bonorum possessio creditoribus concederetur et post triginta dierum spatium, sub hasta exponerentur venalia. Ordinem iudicii huius dedit laudatus FVNC I).

Alia sub corona i. e. conventu hominum in circum congregatorum, quae mancipia iure belli capta erant.

Alia fuit publica praediatoria, de qua IO. AVG. BACH k) egit. Quum quis praedia, publico obligata operam dabat emendi. Hinc Ictus praediatorius, qui de his rebus respondet tanquam praediator.

B 2

Alia

g) ANTON. DADIN. ALTESERRA de fictionibus iuris, III cap. II p. 98, 1659, 4.  
h) Idem l. d. pag. 100 sqq.  
i) p. 262 sq.

k) de iure praediatorio § X p. 24 sq. et IO. AVG. ERNESTI in clauē Ciceroniana, voce praediator egere, 1739, § mai.



Alia erat publica emtio, quae per sectionem facta est e. g. praedii emtio sectio, vel bona eius, qui proscriptus. Minus laudata legitur, de qua laudatus ERNESTI videndus est l).

Priuatam dispefcunt in oeconomicam atque artificialem, quam mercatores pertractant.

Priuata fit vel per scripturam vel oretenus.

Eadem contingit vel modificando, vel demonstrando, vel restringendo m).

Idem accidit, vt aut vno numo aut iusto pretio contrahatur.

Aliud est emtio et pactum de emendo.

Aliud habemus pretium I de quo conuenerunt locator ac conductor, II aut quid in foro constituitur pretii, III aut a magistratu est definitum, IIII aut per emtorem venditoremque definitur, V aut arte peritorum iudicio statum n). Quidam pretium esse censent: I vel supremum: II mediocre; III infimum.

## § XV

### ACCESSORIVM VACVA POSSESSIO. QUID?

Effectus obligationis alius est, alius domini. Huic sufficit vacua, quam adpellant, secundum quid. Ad obligationi faciendum satis, opus est ea, quam vocant, absolute talem, i. e. ab omni possessore cum ciuili, tum natu-

l) voce sector, ac sectio.

m) Vtrum ad mensuram?  
an ad corpus fit facta? scite  
exposuit GOSWIN. AB ES-  
BACH ad Carpzouii iurisprud.

forensem P. II const. 33 p.  
263, 1703, fol.

n) CAR. GOTTF. WINCK-  
LER von den krigeschaeden  
p. 210, 1762, 8 mai.



naturali. Haec, vt contractui fiat satis requiritur, quum emimus rem aliquam. Quando autem de transferendo dominio quaeritur, quae a possessore ciuili vacua reperitur, sufficiens haec creditur o). Siue quum nemo alius possidet, vacuam dicimus possessionem. Si vero nemo ciuili ter possidet rem; quamuis aliquis illam possidet naturaliter rem emtam. Contra et ARNOLD. VINNIUS hic et VLRIC. HUBER et GOTTLIEB STVRM, sentiunt contententes: possessionem vacuam ad dominium transferendum non esse necessariam p).

## § XVI

## ELECTA IVRIS CANONICI.

Ius Iustinianeuum alteri permittit, vt alterum circumueniat. Damnat id ius ecclesiasticum. Quod IACOB. CUIACIUS q) adfirmat: male porrigi beneficium leg. C. de rescind. vendit. ad emtorem; id ius ecclesiasticum videtur adprobare. Enim vero vltioneus emtor accedit ad istum contractum, et voluntate sua negotium perficit r); venditor ad rerum suarum distractionem inuitus compellitur s). Interim Alexander III anno 1170 t) statuit, ius esse decepto venditori, quo agat, vt res restituatur, vel iustum pretium suppleatur. Si vero alterum praecise petat, causa cadit. Innocentius vero III anno 1208 aliter

B 3

sentit

o) IO. HAINR. nob. DE BERGER oeconom. iuris p. 244, 1741, 4., GEORG. FRANZKI exercitat. XI quaest. II p. 644 sqq., 1662, 12.

p) STVRM in triga contro- uersiarum, Viteb. 1730, 4, p. 4 sq.

q) obseruat. lib. XVI cap. 18 p. 554, 1737, 4 maior.

r) l. 44 § vlt. D. de damno inf.

s) C. PLINIUS CAEC. SECVNDVS libro I epist. 24 p. 74, 1686, 8.

t) cap. 3 X de emt. vendit;



sentit u). Pretium in pecunia consistere, discimus a di-  
uo MATTHAEO x) apostolo.

### § XVII

#### GRADVS QVIBVS PERVENIMVS IVRE ROMANO AD EMTIONEM.

De vendendo promissum, non est venditio; quamvis  
emtor promissionem acceptauerit. Nec pacto promissa  
vllum ius pariunt alteri. Hinc aliud est promissio de  
vendendo: aliud vero ipsa venditio. Illa respicit futu-  
rum. Haec tendit ad praesens. Illa ex eius dumtaxat  
parte, qui promisit, non ex eius parte, qui promisit,  
obligat. Vno verbo vt rem dicam: emtio est praesens  
negotium non vero futurum y).

### § XVIII

#### EMTIONVM FORMVLAE.

Collegit illas BARNAB. BRISSONIVS z). In pri-  
mis huc facit M. ACCIVS PLAVTVS in epidico a). Pre-  
tium erat in pecunia numerata constitutum. Interdum  
fides de pretio habebatur. Vel pure vel sub conditione.  
Serui, quorum nomine venditor nihil praestabat, venum-  
ibant pileati. Captiui corona cincti venibant. Dolus  
malus a venditore aberit b). Emtor sibi stipulabatur:  
vacuam possessionem tradi: vel, vt habere liceat c).

### § XVIII

u) cap. 5 X. d. tit. do p.  
x) cap. X commate 29, hv-  
60 GROTIVS T. II operum  
p. 114, 1732 fol. 10. CHRIS-  
TOPH. WOLF curis philolog.  
in S. euangel. T. I p. 186,  
1739. 4.  
y) HARM. VVLTEIVS. in

instit. iur. commentario p. 498  
num. 12, 13, 1613, 14.

z) de formulis populi Ro-  
mani p. 566 sqq. 1731, fol. 100

a) actu III scena 40 Y. 37  
sqq. BRISSON I. d. pag. 466.

b) Idem p. 482.  
c) p. 483 p. 51.



## § XVIII

## IVRIS GERMANICI SELECTA.

Germani contractus ignorant. Quare illis emtio est pactum. Pretium saepe aliud accedit, e. c. domo vendita emtor obligatur zum schluffelgelt, vel heerdegelt. Emens equum tenetur zum halftergelte. Ex loci consuetudine haec definimus. Rerum immobilium non valebat emtio nisi fieret iudice praesente. Constituit hoc Guilielmus II Hassiae Landgravius d). Firmauit haec diuus Carolus Hassiae imperans anno 1683 e), quique vltimum vidit diem a. 1730.

## § XX

## IDEM IN GERMANIA EMTIONIS CELEBRANDAE GRADV.

Primum explorat emturus pretium. Dicitur hoc licitari. Cunctantur saepe emtores in emendo. Venditor indicat pretium. Emtoris est re visa pretium indicare, biethen. Hippopolarum mos est effari: ein geboth! oder eine maas weines! Interdum offert emtor ein faules geboth: ein spott gelt. Emtor licitatur: leget ein geboth darauf. Venit augmentum licitationis. Tandem consensus reciprocus est super merce ac pretio. Inde paroemia: pretium indicare ex parte venditoris, et illius oblatio ab emtore, inducit emtionem: biethen und wieder biethen machet den kauf f).

## § XXI

d) § 13 in CHRISTOPH. LVD OV. KLEINSCHMIED sammlung der Hessischen landesordnungen, 1766 fol. Natus erat hic Landgravius anno 1468, et † 1509 Castellis. e) p. 436 loco. Adde HAINR.

CHRIST. L. B. A SENCKENBERG corpus iuris Germanici T. I praefat. § 82 p. 64, 1760 fol. f) GEORG. TOB. PISTORIVS thesauro paroem. iuridicar. P. I. paroem. 50. p. 66, 1716, 8.

## § XXI

## QUID TRACTATUS?

Quamdiu venditor laudat mercem, nec contentum est de pretio; emtor ac venditor dicuntur in tractatibus haerere. Hi enim sunt deliberationes de pacto aliquo in eundo. Deliberationes vocamus eos intellectus actus, quibus expenduntur dubia, hoc de negotia orientia. Em- tor considerat: num facius sit hoc pretio emere? an hoc modo conducatur sibi emtio? Instituantur deliberationes aut de fine, aut de mediis, aut de utroque. Quamdiu intra limites tractatum versantur; nulla oritur obligatio nec vllum ius acquiritur g).

## § XXII

## VTRIVSQVE CONSENSVS SIGNVM.

Quamprimum emtor venditorque de merce ac pre- tio consentiunt; Germaniae populi signum adhibent po- culum quoddam, den weinkauf h); olim per cornu in- primis facta compositio i).

## § XXIII

## REDITVS AD PRAEPARATIONEM SPECTANTIVM.

Vocant praeparationem emtionis venditionem, quam variis nominibus efferunt lCti. Notavit illa IO. GEORG. BREMEN k).

## § XXIII

g) CHRISTIAN. L. B. DE WOLFF institutio. iuris natu- rae § 769 p. 476, 1753. 8. IO. ADAM AB ICKSTATT element. iu- ris gentium p. 278 sqq. 1740, 4. Vbi etiam differentias docet.  
h) IO. CIVIL. HOFFMANN

de iurisprudencia symbolica ve- terum Germanorum p. 24 § 17, 1736, 4.

i) IO. GEORG. KEYSLER antiquitat. septentrion. et Cel- ticarum p. 364 § 13, 1720, 8.

k) de tractatibus, Ienae 1681,

## § XXIII

QVAESTIO PRIMARIA EXCVTITVR. NVM PRO-  
MISSIO OBLIGET, CUI NONDV M ACCESSIT  
ACCEPTATIO?

Pernegant hanc quaestionem tum PAVLLVS LAY-  
MANN societatis Iesu 1), tum AVGVSTINVS A LEYSER  
m). At vero in dubium hanc vocavit IO. PETR. A LV-  
DEWIG in opusculo de differentiis iuris Romani et Ger-  
manici in donationibus, et barbari adnexu acceptatione,  
anno 1738. His contradixit NICOL. HIERONYMVS  
GVNDLING duabus disceprationibus, altera: ob in schen-  
ckungen nach dem recht der natur eine acceptatio noe-  
thig sei? n) Et porro: ob die Roemer in ihren donatio-  
tionibus eine acceptation verlanget? o) Vides dubiam  
esse hanc probationem.

## § XXIII

ALIA SVB INCVDEM VOCATVR QVAESTIO.

Verum is obligetur, qui proponit, et cum alio ne-  
gotium quoddam vult perficere, ut eius, quod obtulit  
ac semel proposuit, acceptationem aut recusationem ab  
altero expectare debeat necessario? vel an interea queat  
poenitere atque a negotio recedere? Adfirmant alii hanc

C quae.

1681, 4, § 1, HVGO GRO-  
TIVS de iure belli ac pacis lib.  
II cap. XI § 2 p. 223. 1670,  
8 mai., SAMVEL PVFENDOR-  
FII de iure naturae et gentium  
lib. III cap. 5 § 5 p. 362, 1716, 4.  
1) theolog. moralis P. I p.  
359, 1654 fol.

m) specim. 519, p. 327 sq.  
vol. VII, 1732, 4.

n) Parte 29 Gundlingian,  
p. 321 sq. 1722, 8.

o) l. d. pag. 327 sq., GEORG.  
AD. STRVVE synt. iur. civil.  
exerc. VI p. 33 p. 297 ibique  
PETR. MVILLER litt. e.



quaestionem, alii vero illam negant. Alterum mendacio alterum haud velle illudere pro concessio et certo pono. Animum emturientis verum habeo, nullamque dissimulationem subesse dico. Item alii hoc efferunt: quod est necessitatis ab initio, postea fit necessitatis p). Quapropter DAVID MEVIUS contractum pro se, inquit allegans, eundem non modo rite initum, sed etiam perfectum fuisse, probare debet q). Inde laudatus HERT ad PUFENDORFIUM commentans: argumenta, inquit, non sunt arcessenda a propositionibus, quae tractatus vocant, ad ipsos contractus reapse initos r). Verum enimvero permittas, lector, ut infra de his, in quantum huc pertinent, disquiram.

### § XXV

#### DE EMTVRIENTIS ELVSIONE PER TERTIVM QVEMDAM.

Natura nos edocet: alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. Consentit PAPINIANVS huic reetae rationis dictamini s). Praecipunt et naturae leges, et Germanicae et Romanae alium non decipere. Hinc quidquid a laeso pactum sit, quidquid ab illo sit conuentum, nullum reputatur t). Ignorant Germani distinctionem inter pacta et contractus.

### § XXVI

p) l. c. C. de oblig. et act. BREMEN l. d. § 22.

q) P. IIII decis. 333, 10. NIC. HERT ad Pufendorfium l. d. pag. 362.

r) HERT l. d.

s) l. 74 D. de regul. iuris.

t) Illustrissimus BVRCHARD. CHRISTIANVS BEHRA STELICHTE, actionem de dolo non necessariam foro nostro § VI p. 10, 1738, 4. cap. I.

## § XXVI

## DAMNUM EX IOCO DATVM.

Dum aliud loquimur, aliud agimus, iocum committimus inter amicos. Iocus aduersatur et consensui et operatur potius dissensum u).

## § XXVII

## DOLVS TERTII.

Iam quaeritur: an tertii dolus habeat iuridicum effectum? Respondet WOLFGANG. AD. SCHOEPPF adfirmando x). Definitio autem dolum tertii, quum is, qui ex contrahentium numero haut est, alterum, qui e contrahentibus est, per fraudem laedit. Aduersus hunc datur doli subsidiaria actio y).

## § XXVIII

## FIDES EXSVLAT INTER GENTES PLVRIMAS.

Complura doli fraudisque prostant exempla penes O. FRIDER. REINHARDVM z). Mihi sat est retulis. se ab ANTONIO MARIA GRATIANO: et fuerunt ipse paterque ad fallendum, et ad omne simulandi dissimulandique artificium maxime compositi. Neque alia re minus falsi, quam quod fallacissimi ab omnibus haberentur;

C 2

tur;

u) l. 15 D. de iurisd., l. 20 D. de aqua et aqua pluua arc., CAROL. GOTTF. ITTIG de falso laudante ex dolo conueniendo, § 21 p. 30. 1715, 4.

x) de dolo ac vi tertii ac effectibus eorum, 1741, 4; § 18 p. 29.

y) l. 7 pr. et § pen. D. de dolo, SCHOEPPF l. d. § 23 p. 35.

z) p. 146 sqq. animaduersion. ad Iust. Lipsium in libr. polit., 1738, 4.



tur: ferebaturque Romae proverbii loco: ne a patre  
 vmquam, quae dicerentur fieri; neque a filio, quae fie-  
 rent, vmquam dici a).

### § XXVIII

GERMANICO POPVLO EST SANCTA FIDES.

Recte ait CICERO, inter bonos bene agier oportet  
 et sine fraudatione. Virtutem ac constantiam maximo pe-  
 re excolebant Germani, vt fidem quoque praeferrent li-  
 bertati, quam alea ludentes sponponderant. Etenim  
 promissa erant seruanda b). Memor huius CAIVS DÔ-  
 MITIVS VLPIANVS c). Deliberant Teutones, dum  
 FINGERE nesciunt d). Gens non astuta nec callida e).  
 Germanica gens nihil tam probosum censuit, quam fidem  
 fallere. Nihil credebunt tam congruum fore naturae  
 humanae, quam ea, quae semel placuerunt, seruare f).

### § XXX

ALIENO NEGOTIO SE IMMITTERE MINVS CEN-  
 SVERE HONESTVM.

Interponere se aliorum emtioni; sapit inuidiam,  
 ac nolle, vt alter hoc acquirat. Admiscere se alterius pacto  
 futuro

a) theatrum historicum de  
 virtutibus et vitiis illustr. eo-  
 rundemque casibus, p. 13, 168 r,  
 8. Adde de piis fraudibus disse-  
 rentem CHRIST. GOTTL.  
 SCHWARZ, Altdorf 1719, § 10  
 p. 20 sqq.

b) TACITVS de situ, mo-  
 ribus ac populis Germaniae  
 cap. 24 § 6, p. 58, 1747, 8.

c) l. i pr. D. de const. pe-  
 cunia.

d) TACITVS l. d. pag. 57  
 § 6 cap. 22, edente HAVP-  
 MANN.

e) l. d. § 6.

f) GEORG. CHRISTIANI  
 GEBAVER de alea et fide, 1741,  
 4, et 1766, 4.



futuro et inter illud se insinuare; magnus habebatur ardore. Auaritiae deditus, lucrum captaturus, auiditatem ostendens, ex pleniori aceruo pleniore sibi desumens paranda, immodicam adquirendi cupiditatem monstrans, auaritia circumscribens, quae sibi maiorem praecidit partem, et vitia se inquinans, quibus in re omni praecipuum habere volumus. Id quod Graeci dicunt *πλεονεξία* illique opponunt ciuilem iustitiae conseruatricem g). Stoa additū sub aegritudine hoc scelus comprehendebant, vocabantque AEMVLATIONEM, si eo, quod aliquis concupiuerit, alius potiatur illo, ipseque careat h).

ADVERSVMQVE ESSE VITAE SOCIALI DOCETVR.

Sufficit mihi, ipsum praecipisse IESVM CHRISTVM i): quidquid igitur vultis, vt vobis faciant alii; idem vos etiam illis facite. Eadem est Graecorum philosophia, Romanorum k), Rabbinorumque l). Quare Iudaei hodierni hippopolae censent infame emtuerientem licitatione sua eludere. Ne dicam prohibitum esse, quo minus aliquis ausu priuato rerum pretia augeat. Fingere retrahum in mobilibus rebus eodem redit. Perniciem iste commercii reiue publicae infert.

C 3

§ XXXII

g) PETRVS GILLIVS h. v.,  
Basil. 1532 fol.

h) CASP. SCIOPPIVS element. philosophiae Stoicae moralis cap. 123, fol. 58, Mog. 1606, 8.

i) Matth. VII comp. 12.

k) De his dedit exempla  
HVGGO GROTIVS T. II operum p. 89, Basil. 1732 fol.

l) IO. CHRISTOPH. WOLFFII curae philol., T. I p. 147, 1737, 4.



§ XXXII

IVS PRIMI LICITI QVASI OBSERVATVR.

Fac contractum nondum esse perfectum, praeferrunt tamen licitatore primum, qui scilicet cum venditore prius tractauit. Argumento legis 50 D. de iure fiti hic liceat vti m).

§ XXXIII

SCHILTERI ET IENENSIVM SENTENTIA PROFERTVR IN MEDIVM.

Eandem tuentur doctrinam IO. SCHILTER n). Idem docet IO. BRVNNEMANN o). Ienensium mentem anno 1621 in controuersia Wendii aduersus Harras proferam in fine opusculi. Vniuersitatem litteratam Ienensem ea aetate ornabant PETRVS THEODORICVS, Grossena Cizensis, † 1640, VALENTINVS RIEMER, Silesius p), ORTHOLPHVS FOMANNVS senior, † 1634, DOMINICVS ARVMAEVS, Leowerdiensis, † 1637.

§ XXXIIII

MAGNA INTER SABINVM CASSIVMQVE ATQVE NERVAM ET PROCVLVM CONTROVERSA.

Quidam numis caret. Togam dat loco numorum. Queritur vtrum adsit emtio? An fieri possit emtio? Nerva  
ua

m) IO. HAINR. DE BERGER de iure primas licitationis § 8 p. 551 sq. dissertationum 1707, 4.

n) praxeos iur. Rom. in foro Germ., exercit. ad r. XXX

§ 134 lib. 19 tit. I, tomo II p. 276 sq., 1713 fol.

o) commentar. ad r. ad l. 26 locati p. 703 num. I.

p) Compara IO. CASP. ZBVMERI vitas Prof. Ienens., 1707, 8.

ua Proculusque ex contractuum hodiernorum forma id negauerunt. Cassius quaestionem affirmabat. Auctoritas Homeri stat pro Proculo. Sabinus; *in Cyro* inquit, interpretatur de emtione. At Proculus; quem Paullus sequitur; et permutationem et emtionem hic latere putat q).

§ XXXV

FRAVS EST COMES EMTIONIS, ICTI TAMEN FRAVDATIONEM OMNEM EXSVLARE IVBENT.

Bonam fidem in contractibus cunctis desiderari ICTOS, est certissimum r). Ita sermocinantur ICTI, opponuntque bonam fidem dolo fraudique. Ab omni conuentione et contractu dolum abesse debere statuebant.

§ XXXVI


EMPTIOES DOLVM sub astutia et sollertia complectitur admittitque. Instar *Tschinensium*, qui in laude ponunt emtoris venditoris artificiosas fallacias trudere s). Paulo obscurius hanc vulgi opinionem probauit DOMITIUS VLPIANVS l. 4 § 3 D. de aqua et aquae pluuiae arc. Difertis autem verbis, qui paullo ante viuebat SEXTVS POMPEIVS, vtens inuoluerio circumuentionis, legens plebis mentem, in emtione venditione licitas esse machinas et fallacias t). Mire diuexat haec lex et Theologos et ICTOS.

q) MASCOV l. d. pag. 182 sq.

r) l. 4 C. de verbor. oblig., NIC. HERRON. GUNDLING de vsu pract. action. b. f. et stricti iuris cap. I § 1, 1724, 4.

s) JEAN BAPTISTE DU MALDE description de la Chi-

ne T. II p. 205, 10. LAURENCE MESHEM T. II p. 364 der sittenlehre, 1743, 4, GEORG. PAULL. HOENN im betrugslexico p. 203 sq. et p. 212 sq. t) perhibente VLPIANO l. 16 § 3 D. de minorib. XXV ann., ac POMPEIUM laudante.



ICTos. Illi contra se habent Iesum Christum u). Hos angit lex ista. Alii distinguunt inter pretium supremum, mediocre atque infimum. Alii ad donationem remissionemque contrahentium confugiunt x). Alii Theologiam ingrediuntur y) diuersa tamen ratione. Re quasi bene gesta opusculum edidit VLRICVS OBRECHT, postea praetor regius de circumuentione in contractibus licita z).

### § XXXVII

#### VVLGI ATQVE CONTRARIA ICTORVM SENTENTIA.

Ego distinguerem inter plebis opinionem veramque philosophiam ICTorum. Haec fraudis cunctae est expers. Paulo aliter versatur AVGVSTINVS A LEYSER a). Veram amplexus est doctrinam C. AQVILLIVS CALLVS, b) A. V. 688 praetor Romae, qui considerans istius furciferi dolum pessimum c).

### § XXXVIII

#### IMP. IVSTINIANVS PLEBIS MENTI SE ACCOMMODAT.

Ultra dimidium laesionem tradit habere locum rescissionem d). Hebraei emtionem retractabant, si quis ultra sextam veri pretii deceptus fuerat e).

### § XXXVIII

- |  |  |
|--|--|
| u) Math. cap. XIII comm. 44.                                       | b) specim. 614 p. 741, T. VIII med., 1740, 4.  |
| x) Comparetur FAVLL. LAYMANN theol. moralis P. I p. 408, 1654 fol. | c) CICERO de officiis lib. III cap. 14.  |
| y) Idem num. 5, 6.   | d) L. 2 C. de rescind. vendit.   |
| z) IO. FRANC. BVDDEVS theol. moralis p. 540 sq., 1719, 4.          | e) IO. SELDENVS de iure naturae et gentium secundum disciplinam Hebraeor. lib. VI cap. 5 Arg. 1695, 4. |
| a) academicorum p. 439 sqq, Argent. 1704, 4.                       |  |



## § XXXVIII

IPSE VLPIANVS COMMENDAVIT SOLLERTIAM.

Acumen est, quod in mente habet ICtus f), cum fraude nulla coniunctum. Inde sollers vocatur is, qui totam artem callet, cuiusque animus vsu, tamquam manus opere concalluit. Hinc sollertia est habitus animi perfectus ad rem aliquam. Est quidem significationis mediae. Hic vero dicunt sollertiam esse in omni re prudentiam, perspicacitatem et ingeniorum acumen g). Sacrae pariter litterae commemorant illam sollertiam Gen. XII, 10, XXVI, 17, 1 Exod. 1, 19 obstetrices Pharaonis tyrannidem elaserunt. Moscheh atque Aharon sacrificia secum populo facturos, silent fugam. Rachab seruat dolo bono bello exploratores, Ios. 11 2 sq. Addas II Reg. XVII 20, 1 Sam. XVIII 13, XXI 3, XX, 6, 2 Reg. VI 19, 2 Reg. X, 15, Ierem. XXXVIII. Nec incognitae sunt tres fucatae prudentiae species, quas explanauit IO. LAVR. MOSHEM h).

## § XL

RATIO DIVINA VERITATIS LVCE COLLV-  
STRATA.

Quod Tobias filio suo commendat i): „tu, nate,  
„ inquit, animum intende ad ea, quae agis. Et quod  
D „ tibi

f) l. 1 § 3 D. de dolo malo.  
g) EVERARD. OTTO de  
dolo bono § 3 p. 501 sq., dis-  
sertation. 1723, 4, IO. MATTH.  
GESNER T. III thesauro L.

L. col. 477. 1749 fol. mai.  
h) T. III der sittenlehre  
der H. Schrift p. 190 sqq.,  
1749, 4.  
i) cap. III 16.



„ tibi nolis fieri , aliis ne facito. „ Idem optimo placuit Seruatori k): Quidquid igitur vultis, vt vobis faciant alii; idem vos etiam facite. Compara CHRISTIANVM L. B. A WOLFF l) et IO. NIC. FROBESIVM m). Quodcumque damnum adfert alteri, emturienti, fugito n).

### § XLII

HASTAE IVRA HIC NON PVTAMVS.

Finge bona cuiusdam hastae subiici aut vocem acerbissimam praeconis poni in licitationem; ibi contra liceri cuiilibet esse permissum o).

### § XLIII

k) Matth. VII 12, Luc. VI

31.

l) von der menschen thun vnd lassen § 768 p. 525, 1720,

8.

m) delin. system. philos. Wolffiani p. 62, 1734, 4.

n) A WOLFF § 896 et § 924 l. d., AVGVSTVS FRIDER. MVILLER T. II der einleit. in die philosophischen wissenschaften p. 877, 1734. 8 mai., SIGISM. IAC. BAVMGARTEN Theolog. moral. § 270 p. 687, 1738, 8, et p. 674 sq., § 259, IO. AD. L. B. AB ICKSTATT elem. iuris gentium p. 265

§ 4 sq., 1740; 4; ALEX. GOTTLIEB BAVMGARTEN aestheticae P. I § 555 sqq. 1750, 8 mai.

o) Magnif. vniu. liter. Prorektor illustris IO. ANDR. HOFFMANN P. I der Teutschen Reichspraxis p. 799 sq. § 1176, 1765, 8, perillust. Procancellarius IO. GEESTOR § 1830 p. 6661 tit. 219 der anfangsgr. des gemeinen und Reichsprocesses, 1752, 4, T. I, IO. PHILIPPI de subhastationibus cap. III commate VII num. 5 sqq. p. 167 sq., 1667, 4.



## § XLIII

EMPTIO HAUD PVBLICA NON ADMITTIT VT QVIS  
CONTRA LICEATVR.

Quemadmodum sub hastae auctione pretium rei publice vendendae, licet augere, atque exquisitis palam pretiis obstare, quo minus res veniat minoris; ita in venditione priuata, nisi hoc emturiens sciat, consentiatque in illud, liceri contra aliquem, est vetitum. Nam desiderio alicuius rei flagrare, est praeue concupita res. Recte hunc malorum fontem existimant Theologi p), quem Deus optimus maximus per Mosen illi plebi Israe- liticae interdixit q).

## § XLIII

IVRIS PRAECEPTIS ADVERSATVR ET QVIDEM  
PRIMAE REG.

Ne vitae ciuili noceant actiones turpes, Imperator constituit r), vt honeste viuamus s). Iccirco stipulationes turpes, eiusmodi conuentiones et contractus nullius momenti esse vult t). Improbantur pacta, quae ad delinquendum inuitant. Propriam laudans turpitudinem non auditur u).

D 2

## § XLIII

p) BVDDVS l. d. pag.  
108 sq.

q) Exodi XX 17, NICOL.  
GVIRTLERI institut. Theolo-  
gicar. p. 538 § 193, 1721, 4.

r) lib. I tit. I institut. iur.  
§ 3.

s) l. 144, l. 197 de reg. iur.,  
l. 15 de condit. instit.

t) l. 26, l. 61, l. 129 D. de  
verb. obligat.

u) l. 30 C. de transact.



## § XLIII

## PUGNAT CVM SECVNDO PRAC.

Nemo est laedendus. Ipse Deus hoc fert molestis. sine x). Radix iustitiae et omne aequitatis fundamentum, ut ne facias vlli, quod ipse nolis perpeti; sed alterius animum de tuo metiaris. Hinc MARCELLVS PALINGENIVS Ferrariensis, Herculis II ducis Ferrariae archiater, qui vixit Hercules ab a. 1508 vsque ad a. 1557, ita cecinit:

Quodque tibi velles, aliis fecisse caueto.

Quodque tibi velles, aliis praestare studeto!

Haec est naturae lex optima. y)

Ex eodem fundamento FRANCISCVS DVARENVS laudat iuris caput: quod iuris in alterum statueris cet. Concordat effectum euangelii z): et qua mensura mensi fueritis, eadem vobis remetietur. Inde tralatitia sunt: non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri a); nemoque consilium suum in alterius iniuriam vertat b); nec debet alieno facto alterius ius immutari c). Certum est meliorem nos quidem facere posse alterius conditionem; deteriolem autem illam reddere nos haut posse d). Inde venit, ut alienam conditionem meliorem quidem etiam inuiti et ignorantis, deteriolem autem facere nequeamus, ut loquitur CAIVS, e). Nefas est, cum alterius iactura fieri locupletiolem f).  
Ex

x) Ex. XX, 17 et commate  
16.

y) libro VIII zodiaci vitae,  
h. e. de hominis vita, studio  
ac moribus optime instituendis.

z) Matth. VII, 2.

a) l. 74 D. de reg. iur.

b) l. 75 D. ibid.

c) l. 6 D. de legat. praest.,

l. 10 D. de reg. iur.

d) l. 26 § pen. D. de seruit.

urb. praedior.

e) l. 39 D. de negot. gest.

f) l. 206 de reg. iur.



Ex alterius delicto neminem lucrari quidquam oportet g).

§ L

SVB DVBITAT QUIDAM: NUM AD PRAESENTEM VISSIONEM FACIANT?

At vero, pergit Ictus Aldtorfinus CVNRADVS RITTERSHVSIVS, prodesse sibi potest vnusquisque, dummodo alteri non nocet, nec quemquam illo nomine sibi habet obligatum, nec actio aduersus illum datur, teste VLPIANO h). Nemo cogitur alteri prodesse cum damno suo. Adsentitur Imp. Claudius i). Caritas incipit a se ipsa incipit. Dei lex est: diliges alium sicut te ipsum, neutiquam vero magis, quam te ipsum. Neque cuiquam officium suum cedere debet damno, k). Neque iniuriam pati obligamur ex beneficio nostro, l). Immo pulcre docet FLORENTINVS: hominem homini insidiari est nefas m). Quare hominem beneficio adfici hominis interest n). Ideo M. TVLL. CICERO non licet, inquit, commodi sui causa alteri nocere. Idem tradit: primum iustitiae manus esse, ne cui quis noceat.

§ LI

g) l. 1 D. de dolo malo, i) l. 6 C. de feruit. et aqua. CVNRAD. RITTERSHVSIVS commentar. ad III lib. instit. k) l. 7 D. testam. quemadm. Iust. lib. I tit. 1 § 3 p. 19 sq. oper., l. 15 D. mand. 1618, 4, ANTON. MATTHAEI l) PAVLVVS lib. V sent. 6. commentar. ad instit. Iust. p. m) l. 3 D. de Iust. et iure. 86 sqq. 1672, 4. n) PAVINIAN. l. 7, D. de aquae plu. arc. seru. export.





CONCLUDIMVS CVM IACOBO ATQVE LACTANTIO.

Rectissime diuus Iacobus apostolus o): „ siquidem  
 „ legi paretis regiae, quae sic in litteris est prodita: alte-  
 „ rum, vt te ipsum diligito: recte facitis. „ Et LVCIVS  
 COELIVS LACTANTIVS p), homo; ait, nemo dici po-  
 test, nisi qui est sapiens. Idem de iustitia commentans:  
 nonne aliquid, inquit, inter singulos interest? nihil; nec  
 alia caussa est, cur nobis inuicem fratrum nomen imper-  
 tiamus; nisi quia nos pares esse credimus.

#### ADPENDIX.

##### Urthel.

In sachen des schuldheifens Iohann Peter Kauers zu  
 N. klägers an einem, des schuldheifens N. Reufchens zu  
 N., beklagtens am andern theile, eine holzkaufs irrung  
 betreffend und darauf ergriffene appellation, auch er-  
 folgten schriftwechsel darin, erkennen wir Ludewig  
 Ferdinand regierender Reichsgraf zu Sain und Wittgen-  
 stein in Berleburg, Neumagen und Homburg, Ritter  
 des Königlichen Schwedischen Seraphinen Ordens cet.  
 cet., auf vorbringen und fernerer verfahren, nach  
 gehabtem rathe der rechtsgelährten, für recht: das zu-  
 vörderst die beklagte partei mit dem vornamen, nicht  
 minder dem wohnorte sich zu benentien, auch, deren an-  
 gebliche anwälte ihre personen gebührend bevollmächti-  
 gen zu lassen, verbunden.

Würde

o) Iac. II, 8.

p) P. 349 ed. SERVA: TIO GALLAEO 1670, 8

mai.

Würde nun der kläger auf den punct:

Ob er das streitige holz dennoch wirklich empfangen habe?

mit ja oder nein, ohne allen anhang, vor allen dingen sich vernehmen lassen; sodann sein habendes interesse von post zu post melden, auch dasselbe in einer zerstörliehen sechswöchigen frist, wie recht, besser darthun, darwider dem beklagten sein gegenbeweis in ebenmäßiger frist vorbehalten wird; so ergeheth der erhobenen appellation halber, ferner was recht ist. V. R. W.

#### Geschichte.

Sind die schulheissen Kauert als kläger, und Reusch als beklagter in einen rechtsstreit verwickelt. Wird zu Homburg an der marck desfalls am 12ten october 1765 gesprochen:

dass der kläger sein suchen nothdürftig nicht erwiesen; deshalb mit seinem suchen der schadensvergütung nicht zu hören sei; nicht minder er, kläger, die unkosten zu erstatten, auch die dem beklagten beigemessene anschuldigung zu erkennen pflichtig zu achten stehe.

Erhebet darwider an die Hohe Landesherrschaft eine berufung. Bestehen die beschwerden darinn: gebraucher der Kauert holz zu kohlen. Erkauft er dis im Herzogtume Bergen. Bedienete sich selbiger des Iohann Heinrich Heumanns. Spielet aber dieser mit dem beklagten unter einer decke. Wollen beide, beklagter und der

E

Heu-



Heumann das holz oder die kohlen theilen. Soll der kläger das nachsehen haben. Kaufet Heumann, als ein Bergischer unterthan das Bergische holz. Hat der beklagte den Heumann mit gelte unterstützt. Bringet jener den kläger in offenbaren schaden. Bittet der appellat:

dafs der appellat schuldig sei durch seinen heimlichen betrieb mit dem Heumanne, und dessen abtrieb vom holze, zu viel und unrecht gethan. Werde auch bestrafet und in die kosten vertheilet.

num. 17 der appellat. acten.

gibet der appellat ad num. 18 an:

dafs Kauert selbst den streitigen Busch überkommen; folglich der Kauert ihm das in frage gekommene Bergische holz erhalten habe.

Wären demnach an seiten des appellanten die blofe triebfedern theils der narungsneid, theils offenbare zunöthigungen.

#### Zweifels und entscheidungsgründe.

zw. Ob nun wohl zuvorderst auf die appellation selbst erkannt zu werden scheinen möchte, und wenigstens im urthel es: IN APPELLATIONIS SACHEN, lauten müßte; hiernächst das betragere des appellaten nach dem so gemeinten foro pönentiali schmäcke, wohlfolglich nicht vor die weltliche oberkeit gehöre, vilmehr der geistlichkeit zufalle, der jesuit Paul Laymann theologiae moralis libro I tractatu III cap. V seite 21, 1654 fol.

Hier-

Hiernächst das Xte geboth des HErren dergleichen  
ahndet, der geweste Ienaische gottesgelährte

Ioh. Franz Buddeus theologia moralis lib. I cap. I  
sect. III § 38 feite 108 folgg. 1719, 4,

der verstorbene Göttingische Kanzler

Ioh. Lorenz von Mosheim in der sittenlehre der  
heiligen Schrift th. I. f. 184 und 201, 1742 4t;

bevorab der vorige spruch num. 16 der acten den rech-  
ten nach und gemäß klinget:

dass, wenn der kläger nicht erweist, der beklagte  
von der angestelleten klage zu entbinden sei;

gleichwohl der zeugen rothel act. num. 11 wider den be-  
klagten nichts enthalte; anbei das dem beklagten vom  
Heymanne schriftlich ertheilte zeugnis

act. num. 13 der beilagen num. 1

sodann der beklagte dem kläger den besondern eid für  
bosheit zugeschoben habe, act. num. 4, ferner beim  
satzstücke über num. 9 der acten beklagter alles abge-  
schworen habe;

Allermassen aber ohne bevollmächtigung <sup>entsch.  
gr.</sup>  
nichtigkeiten entstehen und es so viel bedeutet:  
als wäre NICHTS beschehen; demnächst man bei so ge-  
stalten sachen erkennt:

„ auf vorbringen und erfolgten schriftwechsel oct.;  
gestaltt bei einem bei urthel nicht das gebrauchere MIT-  
TEL erwähnt werden darf,

E 2

Micha.



Michael Hainr. Griebner principia processus iudic. f. 265, 1733, 8,

thue hinzu des Io. Andreän Hoffmanns Reichspraxin th. I f. 700 § 1057, 1765, 8;

sodann der Kauert eine gerechte sache, dem äusserlichen nach, hat, anabenebst im Reiche, wenn keine zerstörlische frist fürgeschrieben ist, und bessern beweiß führen mag

Ioh. Geörge Estors anfangsgründe des gem. und Reichsprocesses tit. 29 § 28 f. 101, 1752, 4;

ohne die appellation einem bessern beweiß nachlässet; in der haubtsache unterdessen an dem ist, das keiner dem andern in den KAUFHANDEL FALLEN dürfe, wie dieses die Schöppen zu Iena im jahr 1621 erkannt haben, beim Iohannes

Schilter in der praxi iuris Romani T. I exercitat. XXX § 134 f. 276 fg. 1713 fol.

erfageter Schilter § 134 f. 276 und der Iohannes Brunnemann über den L. 26 D. locati conducti lib. 19 II tit. 2 seite 702 fg. 1701 fol.

Augustin von Leyser specim. CCIII coroll. I seite 573, 1725, 4

inzwischen das näherrecht nur bei unbeweglichen sachen statt hat, folglich in holzsachen ein näherrecht des Heymanns, als Bergischen inländischen, nicht erscheinet,

Theo-

Theodor Reinkingk de retractu, quaest. I num.  
43 f. 19, 1662, 4;

ferner der kläger seinen beweiß, wenn er auch nicht durch zeugen führet, vermittels gewöhnlicher BEWEIS-ARTICKEL zu übergeben hat; widrigenfalles ein weit-schweifiges; nichts heiffendes; schreibewerk hervor-kömmt, dabei dessen schriften mit einer bessern und LE-SERLICHEN hand zu übergeben sind, anebest die ge-schriebene zeugnisse den mindesten glauben verdienen

Estor am a. o. tit. 38 § 323, David Mevius P. V  
decis. 12, Io. Samuel Stryk de testimoniis in-  
iurat. cap. llll § 1 l. 422, 1707, 4t.

sie wären dann von vereideten im ampte stehenden leuten  
geschriben, erlageter Stryk am a. o.

So ist wie im urthel enthalten; billig erkannt wor-  
den. A. V. R. W.





Ferrea non tantum belli Mars fata minatur

Tubas mouens et tympana;

Verum Pimpleidis sunt et sua bella Camoenis,

Quae corda mulcent suauius:

Non nisi Victori sua cum discrimine vitae

Promittit ille praemia;

Ast haec compensant in magna pace labores

Mercede tandem plurima:

Donaris titulo iuris legumque periti.

Vt haec probant theses tuae;

Nam Tu scis docte, quid sit prudentia vera.

Cui comes est gloria.

Gratulor ex animo: coeptis his aëria figis

Chari patris vestigia.

Pauca haec in honorem Nobilissimi atque Doctissimi Candidi  
adscribit, quae felicia lubens meritoque precatur eius cognatus

C. L. T. IVNCK

S. S. T. STVD. MARBURGENS.



\* \*                      \* \*                      \* \*

Cum dissertatio haec superiori anno typis mandata  
fuerit: sic velim et suppleas eius et corrigas inscriptionem:

DIE                      MENSIS IVL. CIOIOCCCLXVIII

Casu etiam euenit, vt, absente me, varia in eadem relin-  
querentur sphalmata, quorum haec sequitur emendatio:

- |       |       |   |    |   |          |
|-------|-------|---|----|---|----------|
| p. 1  | l. 13 | lege ab alieno  | XX | — | 1. 13. 9 |
| p. 3  | l. 7  | — systematis  | —  | — | —        |
| p. 4  | l. 8  | — DEFINITIONVM  | —  | — | —        |
| p. 7  | l. 4  | — OBLIGATIONIS  | —  | — | —        |
| —     | l. 29 | — LVDOV.  | XX | — | —        |
| p. 12 | l. 2  | — praedii emti  | —  | — | —        |
| p. 13 | l. 3  | — reperitur   | —  | — | —        |
| —     | l. 15 | — l. 2 C.   | —  | — | —        |
| —     | l. 11 | — non ex eius parte, qui accepit  | —  | — | —        |
| —     | l. 17 | — Epidico   | —  | — | —        |
| —     | l. 19 | — de pretio habetur   | —  | — | —        |
| —     | l. 26 | — GROTIVS   | —  | — | —        |
| p. 15 | l. 13 | — GRADVS  | —  | — | —        |
| p. 16 | l. 7  | — negotio   | —  | — | —        |
| —     | l. 21 | — emtionis venditionis  | —  | — | —        |
| —     | l. 25 | — institution.  | —  | — | —        |
| p. 17 | l. 1  | — XXIII   | —  | — | —        |
| —     | l. 16 | — XXV   | —  | — | —        |
| p. 18 | l. 5  | — voluntatis ab initio  | —  | — | —        |
| —     | l. 11 | [ <i>verum enimvero</i> ] Tu vero B. L. condonabis facile, quod fidem postea non solui. Nam inter feribendum consilii mutandi apparebat necessitas, quia supra iam satis mihi videbar de tractatibus dissi- | —  | — | —        |
| —     | l. 14 | — XXVI  | —  | — | —        |
| —     | l. 24 | — XXVII   | —  | — | —        |
| —     | l. 25 | — l. 5 C. de O. et A.   | —  | — | —        |



p. 19 l. 1	lege	XXVII
— 1. 6	—	XXVIII
— 1. 14	—	XXVIII
p. 20 l. 4	—	XXX
— 1. 16	—	XXXI
p. 21 l. 12	—	XXXII
— 1. 18	—	enturientem
p. 22 l. 1	—	XXXIII
— 1. 7	—	XXXIII
— 1. 18	—	XXXV
p. 23 l. 6	—	XXXVI
— 1. 13	—	XXXVII
— 1. 25	—	MOSHEM
— 1. 30	—	§ 4 D. de minor.
p. 24 l. 8	—	XXXVIII
— 1. 17	—	XXXVIII
— 1. 23	—	XL
p. 25 l. 1	—	XL
— 1. 19	—	XLI
p. 26 l. 16	—	Illustris et Consultiss. IO. ANDR. HOF- MANNVS, qui, cum haec dissertatio typis describeretur, falces tenuit Academiae.
p. 28 l. 1	—	XLV
p. 29 l. 3	—	XLVI
— 1. 12	—	deleatur <i>et incipit.</i>
p. 30 l. 1	—	XLVII







ULB Halle

3

003 719 332



f  
86.







DISSERTATIO AVSPICALIS IVRIDICA  
DE

**TERTIO IMMISCENTE  
SE EMTIONI VENDITIONI  
COEPTAE**

SIVE  
NUM PROPTER MERCEM  
COEMTIONALEM DETVR ACTIO  
ADVERSVS EMACEM CONTRA  
LICITANTEM IN PRIVATO  
CONTRACTV?

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
*SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE*  
AC DOMINO

**DOMINO FRIDERICO II**  
HASSORVM LANDGRAVIO REGN. RELIQVA  
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRO LICENTIA  
SYMMOS IN VTROQVE IVRE  
**DOCTORIS**  
HONORES RITE ADIPISCENDI  
SPLENDIDISSIMO SENATVI VNIVERSIT.  
LITTERATAE MARBVRGENSIS

OFFERT  
AD DVBIA MOVENDA  
**IACOBVS FRIDERICVS VIETOR**  
MARBVRGENSIS.

DIE  
MENSIS A. R. S. c1o1occlxvii.  
MARBVRGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA.

